Quomodo poetae epici augmento temporali usi sint.

Augmentum temporale, quod vocant, non contractione, sed productione ortum est. Nam quae Buttmannus (Gr. Gr. I. p. 323) ad illud probandum affert, non satis firma videntur. Is omnia augmenti genera ad reduplicationem, qualem in verbis a litera consona incipientibus videmus, revocanda esse probare studuit. Hanc primam et antiquissimam formam fuisse, quam omnia tempora historica, quae dicuntur, praebuerint, unde postea priore vocali consona omissa, augmentum syllabicum ortum sit. Cum hoc autem augmentum temporale plane congruere existimat, quippe quod non aliter exstiterit nisi isto epsilo cum initiali litera vocali verbi contracto (ib. I. p. 323). Quam viri doctissimi sententiam, effectam illo studio, quo ubique linguae formas, quae inter se diversa esse videntur, conjungere et ad communem originem revocare conatar, non satis firmam pataverim. Tametsi confitendum est, non omnia a Buttmanno ad eam probandam allata refutari posse, tamen, quae eam dubiam reddere videntur, proferre mihi liceat. Buttmannus igitur putat verboram a litera vocali incipientium augmentum, quod in eo est positum, ut vocalis temporum eo instructorum longa sit, ita effici, ut litera ε augmento syllabico propria cum vocali verbi initiali contrahatur. Quod ut demonstret, primum commemorat, verba quaedam a litera vocali incipientia illud ε retinuisse, tum nonnulla verba ab ε inducta hanc literam augmento non in η sed in ει producere, denique acentum, qui in augmento verborum quorundam compositorum adhibeatur, nisi contractione non potuisse ortum esse. Sed quod ad illa verba pertinet, quae augmentum syllabicum assumserunt, ea non magni momenti sunt ad Buttmanni sententiam adjuvandam. Nam quae eo utuntur fere omnia in illorum numerum sunt referenda, quae in principio digamma sunt praedita, ut ἀνδάνω, οἰνοχοέω, ἄγνυμι, ἔννυμι, εἶπον, εἴλω, ἔλπομαι, ἔλδομαι, εἴκω, εἴδω all. Hoffmann. Quaestiones Homer. II. §. 97. seqq. Neque igitur mirum esse potest, quod hoc augmenti genus iis tribu-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tum est. Magis offendant tria verba ὠθέω, ὠνέομαι, οὐρέω aeque syllabico augmento ornata, quum alia verba ab his vocalibus incipientia omni careant additamento. Sed etiamsi nequaquom perspicere possimus, qui factum sit, ut potissimum haec ita augeantur, tamen id quidem manifestum est, ea ubi cum augmento pronuntiari debuerunt, non alio nisi syllabico instrui potuisse. Nec minus illa verba ab ε incipientia, quae hanc literam in temporibus praeteritis cum ει commutant, dubito num adhiberi possint, quibus probetur, augmentum temporale ejusdem esse originis ac syllabicum. Nam si reputamus apud Homerum non solum ἐάω sed etiam εἰάω (Il. 11,550; 20,139) ἐρύω et εἰρύω, Il. 18,276 ἐρωτάω et εἰρωτάω Od. 4,347; 5,97 et apud Apollonium εἴλισσω (3,138,655; 4,261) reperiri, reliqua, quae in imperfecto diphthongo ει sunt praedita, his esse similia, quum literam ε aut litera liquida sequatur, ut in ἕλκω, ἑρπύζω, aut digamma praecedat, ut in ἐργάζομαι, facile est ad intelligendum, unde ejusmodi augmentum exstiterit. E enim non raro liquida sequente in ει producitur, et haec productio in illis verbis ita permansit, ut nullo modo obliterari potuerit. In ἐργάζομαι augmentum contractione ortum esse negari non potest, sed digamma effectum est. Tertium argumentum a Grammatico clarissimo prolatum longe infirmissimum videtur. Namque si accentum compositorum, ut ἀνῆπτον, eo ortum putat, quod litera η ex ε et α conflata sit, jam si sibi constare volebat, etiam accentum in καθῆσιο aliis ex simili contractione profectum esse dicere debebat, id quod fieri non potuit. Et istud argumentum eo plane everti putaverim, quod etiam verba composita syllabico augmento praedita, etiamsi syllabam ultimam habeant brevem, tamen eandem accentus rationem sequuntur, ut προςέβαν, ἀπέσιαν. Quum praeterea verba ab ι, υ, ο incipientia, item ea quae ab ε inducta hanc literam augmento cum η mutant, nunquam contractione augmentum facere possint, sed sola productione, jam id quod Buttmannus posuit, vix probari posse videtur. Sed ipse id bene intellexit. Quare dicere coactus est, quae olim fuerit contractio, transisse in solam productionem vocalis initialis (I. p. 323). His autem verbis quae supra dixerat, omnis augmenti genera communi esse origine, quodammodo irrita facit. Quibus omnibus perpensis eo adducimur ut Buttmanni doctrinam de augmenti origine propositam argumentis non satis validis niti arbitremur. Mihi quidem simplicius videatur putare, augmentum temporale et syllabicum inter te esse diversa, alterum praeposita litera ε, alterum producta prima verbi vocali effici. Neque hoc posito lex linguae, cui utrumque originem debet, labefactatur ant tollitur. Namque si sumimus, linguam Graecam tempora praeterita ita significare voluisse, ut verbum in fronte augeatur, nihil impedit, quin credamus hoc in verbis a consona litera incipientibus factum esse praefigenda litera ε, in verbis a vocali ordientibus primo elemento producendo; utraque mutatio ex eodem studio manavit. Itaque Thierschii rationem amplecti mallem, qui augmenti genera dividit (§. 92,1) dumne temporle duplicata brevi vocali formatum esse docuisset. Neque enim perspicio, quomodo ex αα—η, ex οο—ω, ex εε—η fieri potuerit. Sin vero, quae supra proposui, probamus, facillime si non omnia, tamen pleraque, quae in augmento temporali mira ac difficilia sunt, explicari posse mihi videntur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Homerus et qui ejus vestigia premunt poetae epici, augmentum libere usi hoc additamentum mox ponunt, mox omittunt. Minus vero cognoscimus, quasnam leges Homerus in hac re sibi praescripserit, etiam minus, quantum istius usus ipsi, quantum ejus editoribus tribuendum sit. „Scimus enim Aristarchum hic illic augmenta praecidisse. Sed quo jure quibusve legibus usi fuerint critici, quum augmenta nonnunquam abjicerent, praesertim ubi nullum discrimen haberet pronunciatio, id citius conjecturis, quam certa cognitione exquiri potest.“ (Wolf praef. nov. ed LXVI.) Sic. Il. 8,55, Wolfius ὠπλίζοντο edidit, quamquam Schol. ad h. l. tradiderunt: Ἀριστάρχος διὰ τοῦ ο ὁπλίζοντο, et sic Bekkerus et hic et aliis locis, ubi hoc verbum obvium est, scripsit, sed ad Il. 7,417 ubi item ὠπλίζοντο legitur, scholia nihil habent, nisi in lemmate τοὶ δ'ὠπλίζοντο, unde concludendum videtur, Aristarchum hic nihil mutasse. Il. 7,420 Scholia tradunt: Ἀρίσταρχος νέκυς ἐκτειαμένως, καὶ ὀτρύνοντο, οὐκ ὄτρυνον, sed et Wolfius et Bekkerus langam vocalem tenuerunt. Il. 20,306 pro ἤχθηρε Aristophanes ἤχθαιρε volebat, Aristarchus autem hanc formam improbasse videtur, nam 17,270, ubi ἤχθαιρε legitur, ἔχθαιρε malebat. Jam haec exempla docebunt, difficile esse definire, quid quoque loco rectum sit; atque etiamsi credamus, Arestarchum non sine causa augmenta ant addidisse ant omisisse, tamen non semper ad nos pervenit, quid eum adduxerit, ut alio loco aliter fecerit.

Maximi momenti and augmentum aut ponendum aut negligendum est metrum, quod ubi brevem syllabam postulat, statim efficit, ut temporale abjiciatur. Itaque si prima syllaba verbi a brevi vocali incipientis in thesin pedis dactylici incidit, haec nusquam augmento instruitur. Quare evenit, ut saepissime invenias ἄγον, ἔλασεν alia. Hac metri necessitate effectum est, ut apud poetas epicos permulta verba nunquam augmento temporali praedita legamus.

§. 1. Enumerantur verba, quae propter metrum nunquam augmento temporali augeri possunt.

In numerum eorum, quae propter metrum nunquam augmento temporali augeri possunt, primum referenda sunt omnia verba plus tres syllabas continentia, quorum tres priores syllabae seu jam in praesenti seu in tempore quodam praeterito pedem anapaesticum efficiunt. Namque si prima syllaba eorum produceretur, nimis saepe pedes trochaici, qui rhythmo dactylico non bene adaptari possunt, in versum heroicum transferrentur. Ob hanc causam verba in αζω, ιζω, υζω exeuntia, quorum tertia syllaba vocalem brevem quidem, sed literae ζ vi productam continet, ubique augmento privantur, si in ζ litera gutturalis inest. Sin vero in litera ζ ejusmodi verborum litera dentalis latet, ita ut aoristus purum exitum σα praebeat, causa ista tollitur et aoristus augeri potest. Sed aoristus talium verborum nisi unius ὀνομάζω non legitur. In οζω et εζω nullum verbum, quod illi classi adscribi possit, exit. Jam ea, quae legimus, referemus

ἀλαπάζω ἀλάπαζε Il. 11,503. ἀλάπαξα Il. 11,750; 9,328. Od. 17,424; 19,80. ἐξαλάπαξε Il. 5,642. Od. 8,495.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἀγαπάζω pro quo etiam ἀγαπάω legitur. Simplicis tempora historica apud Homerum non reperiuntur, sed apud Apollon. 4,1291 et Quint. 7,207. imperf. Compositi ἀμφαγάπαζον, imperf. est Od. 14,381 et Apoll. 3,258,1167.

ὀνομάζω Imperf. reperitur his locis Il. 3,398, 14,232,297; 15,552; 18,423; 24,127. Od. 3,374; 4,278,311; 6,254 in nota illa formula ἔπος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζε, Aor. I. act. hujus verbi bis reperi et quidem cum augmento ὠνόμασας Od. 24,338 et Hes. fragm. Aegim. apud Lehrsium p. 47, III, 4.

ἀλαλάζω apud Homerum et posteriores non est, primus Nonnus imperfecto usus est 1,157,242; 9,42.

ἀνιάζω imperf. bis legitur Il. 23,721. Od. 4,460 et quidem duabus primis syllabis brevibus, contra in ἀνιάζουσιν Od. 4,598 et ἀνιάζων Od. 22,87 litera ι longa est.

ἀλεγίζω imperf. ἀλέγιζε in Homericis semel tantum exstat Il. 11,80 saepius apud posteriores, ut hym. Merc. 557. Apoll. 1,14,813. Tryphiod. 368,612. Coluth. 38. Quint. 1,568; 2,636; 3,227,311; 8,336; 12,371. Tzetz. Anteh. 401.

ἀθερίζω imperf. apud Homerum semel legitur Od. 1,261, aor ἀθέριξε apud. Apoll. 2,477,489.

ἐναρίζω ἐνάριζε Il. 5,155,844; 11,537; 12,195; 14,24; 15,343; 16,731; 17,413. Quint. 6,369; ἐνάριξα bis invenitur, sed in eodem versu καλὰ τὰ Πατρόκλοιο βίην ἐνάριξα κατακτάς Il. 17,187; 22,323. In Odyssea hoc verbum non legitur. Compositi ἐξενάριζω imperf. non legitur, aor. saepe ἐξενάριξε Il. 7,146; 11,145,246,299,335 et saepius Hes. theog. 289. Apoll. 1,92; 2,706. Quint. 2,243.

ἐρεθίζω Imperfectum semel obvium est Il. 5,419 et apud Nonn. 8,49. ἐρεθίζετο Theocr. 23,15.

ἐλελίζω Imperfectum non exstat, sed saepe aoristus et activi, ut Il. 1,530; 8,199; 17,278. Od. 5,314 Apoll. 4,143, 351; 3,760. Tryph. 507. Mus. 101. Quint. 2,496; 8,324 etc. Nonn. 1,73 etc. et passivi ἐλελίχθη ut Il. 22,448 et saepius, ἐλέλικτο Il. 11,39 etc.

ὀαρίζω imperf. apud Homerum semel obvium est Il. 6,516, saepius apud Quintum, ut 2,113; 6,150 etc. et apud Nonnum 3,424 etc.

ὀλολύζω Imperfectum hujus verbi non legimus, saepius apud omnis aetatis poetas aoristum ὀλόλυξαν Od. 3,450; 4,767 hym. Ap. 119,445. Apoll. 3,1218. Theocr. 17,63. Quint. 12,441. Nonn. 5,311,490; 9,297. In Iliade hoc verbum ne semel quidem exstat; compositum ἐξολόλυξε est in Batrachom. 101.

ἀμφαραβίζω cujus imperf. ἀμφαράβιζον semel apud Hesiodum scut. Herc. 64 legitur, simplicis imperf. ἀράβιζον solus Tzetzes habet. Posthom. 242,319.

His verbis in αζω, ιζω, υζω exeuntibus addenda sunt omnia alia plus tres syllabas complectentia, quorum tertiam syllabam longam duae breves praegrediuntur, ut verba in αινω, αιρω, ειρω, ευω, υνω desinentia et ea, quae duabus primis syllabis brevibus tertiam positione, quae vocatur, longam habent. Tempora historica ejusmodi verborum igitur necessario augmento carent; leguntur autem haec.

ἐρυθαίνω. Homerus nihil nisi imperf. pass. novit, ἐρυθαίνετο Il. 10,484; 21,21, posteriores, ut Quintus, Nonnus non solum hanc formam adhibuerunt, sed etiam aorist.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

primum act., qui est apud Apollonium 1,791; 3,681; 4,474 Quint. 4,156; 9,529 Nonn. 4,378. Compositum ἀμφερύθηνε Quint. 1,60; 14,41, idemque imperf. act. habet ἐρύθαινε 4,355 quod corrigendum esse in ἐρύθηνε Spitznerus falso existimabut, cf. Koechly ad l. c.

ἐριδαίνω ab Homero ultra praesens non declinatur, aor. ἐρίδηνε Apollonius et primus et solus adhibuit 1,89; 2,60,986.

ὀνομαίνω imperfecto poetae nunquam usi sunt, saepe vero aor. ὀνόμηνε Il. 10,522; 14,278; 16,491; 23,178; 24,591 Od. 24,341. Hes. opp. 69 Apoll. 2,746; 3,1075; 4,1746.

ἐλέαίρω Homerus imperfectum habet Il. 13,15; 21,147; Od. 1,19; 10,399; 19,210; 23,313; idemque est apud Quint 14,436; Nonn. 4,218. aor. ἐλέηρε legi apud Apoll. 4,738,1308.

ἐλεφαίρομαι imperf. solus Hesiodus habet, theog. 330 ἐλεφαίρετο.

ἐρεείνω ἐρέεινε saepe legitur apud omnes, compositi imperf. ἐξερέεινε non minus augmento privatur, item verbi

ἀλεείνω imperfectum s. aor. ἀλέεινε.

ἱκετεύω aoristus hujus verbi ἱκέτευσα apud Homerum saepius legitur ut Il. 16,574; Od. 7,292,301; 15,277; 17,573; imperfectum semel Od. 11,530.

ἀγορεύω imperfectum saepissime et apud Homerum et apud posteriores legitur, aoristi indicativus apud Homerum nunquam, sed imperativus et infinitivus. Indicativo aoristi primus Nonnus utitur 2,97; contra idem 7,308 imperf. habet, fortasse etiam priore loco ἀγόρευε legendum est. — ἐξαγόρευε Od. 20,3.

ἱερεύω ἱέρευον Od. 17,180; 20,250. ἱέρευσε Il. 2,402; 6,174; 7,314. ἵρευον Od. 17,181; 20,251. ἱέρευτο Il. 20,125.

ἀμαθύνω hujus verbi apud Homerum nihil exstat, nisi praesens et id uno tantum loco Il. 9,593, sed ἀμάθυνε hym. Merc. 140. Quint. 11,250; 13,437. Nonn. 1,491. ἀμαθύνετο Nonn. 2,79.

ἀλεγύνω hujus verbi tantum in Odyssea obvii imperf. semel legitur 13,23, saepius apud Apollonium 1,394,979; 2,495.

ὀροθύνω ὀρόθυνε Il. 13,351; 15,595, Od. 5,292 idemque saepius apud Apollonium et Quintum.

ὀλοφύρομαι Homerus aoristum habet Il. 8,245; 17,648 Od. 4,364; 10,157; 11,418, eundemque Apoll. 3,72 Quint. 3,434; 10,372 ὀλοφύρετο Apoll. 1,250; 4,1738. Quint. 2,301; 3,431,459; 5,464,508.

ἀτιτάλλω ἀτίταλλον Il. 5,271; 14,202; 16,191; 18,322; 24,280. Od. 18,323; 19,354. — Aor. ἀτίτηλα semel occurrit legenti Il. 24,60. Imperf. apud posteriores saepius reperitur hym. Ven. 115,232. hym. XXVI., 4. Theocr. 17,58. Nonn. 3,379.

ἀραρίσκω semel legitur imperf. ἀράρισκε Od. 14,23.

ἀμαρύσσω in Homericis non exstat, non raro autem apud posteriores ἀμάρυσσε Hes. theog. 817; Nonn. 5,487. — ἀμαρύσσετο Apoll. 4,178; Nonn. 1,356,235 etc.

Proeterea eidem numero adscribenda sunt ea verba pura quatuor syllabarum, quorum duae priores syllabae sunt breves. Nam apud Homerum solus aoristus horum verborum legitur, qui quum tertiam longam habeat, primam corripere debet. Poste-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

riores hic illic imperfecto ejusmodi verborum utuntur, quod ubi duas vocales literas in unam contrahit, ita ut tertia syllaba longa sit, augmentam abjicit.

ἀπιθέω aor. ἀπίθησε saepe apud Homerum et posteriores legitur, imperfectum nunquam, idem de ἀραβέω, ἀμελέω, ἐλεέω dicendum est. Verbi ὁμαδέω apud Homerum nihil legitur, nisi aoristus; Apollonius quoque plerumque hoc tempore utitur, ut 1,474; 2,638; 3,564,1254; 4,1618, semel autem imperf. usus est et quidem augmento omisso ὁμάδουν 3,1304. vel ut Merkel. scribit ὁμάδευν. Huc pertinet ἰαχέω cujus aor. ἰάχησα primum in hymnis Homericis deprehenditur apud Homerum tantum ἰάχω est, hym. XXVIII., 11, Apoll. 2,96; 4,206,592,640. Quint. 11,152. Nonn. 10,72 ἀντιάχησαν Apoll. 2,828. —

Eadem de causa augmentum detrahendum erat aoristis ἀκάχησε Il. 23,223. Quint. 3,626. ἀπάφησε Quint. 13,280 ἐξαπάφησε hym. Apoll. 376. Quint. 1,137, ἀβάκησαν Od. 4,249 ἀμενήνωσεν Il. 13,562 et Apolloniano ἀβόλησαν 2,770. Nec minus augmento privandi erant aoristi verborum ἀπατάω Il. 9,344,375 etc ἐξαπατάω Il. 22,299. Od. 9,414 etc. ἀλιόω, ἀλαόω.

Verbi ἀγοράομαι imperfectum augmento praeditum videmus Il. 8,230 ἠγοράασθε, — Il. 4,1 ἠγορόωντο idemque habet Apoll. 3,168. Quint. 5,432. Saepissime aoristus usurpatur ἀγορήσατο et is quidem semper sine augmento cf. Il. 1,73,253; 2,78,283 etc.

Eadem metri necessitate evenit, ut nonnullae formae aliorum verborum, quorum tempora historica augmento et ornari possunt et ornantur, si declinatione ita mutantur, ut tres priores syllabae eorum anapaestum faciant, augmento priventur. Sic prima persona singularis et pluralis aoristi ἱκόμην et ἱκόμεσθα tantum litera ι correpta legitur, ut ἱκόμην Od. 4,233; 13,330 Il. 14,260. hym. Ven. 130., ἱκόμεσθα Od. 3,61,388; 4,84; 10,13,81 et saepius, contra in ἱκόμεθα ι producitur ut Od. 4,34; 9,107,267,466 ἀφικόμεθα Od. 3,278; 9,181,216 etc. Semper ἑπόμην invenies, ut Od. 11,168. Il. 10,194; 11,154,565,754, sed εἵπετο ut Il. 11,344, 12,91, semper ἀγέροντο Il. 2,94 Od. 11,36; 20,277, sed ἠγείροντο. ἀγάγοντο Tryph. 529 sed ἠγαγόμην Od. 4,83; 14,211; 15,237. ὀλόμην Od. 11,197, contra ὤλεο Il. 24,725, ὤλετο Il. 9,115,413; 13,772, multa similia.

§. 2. Quam vim arsis ad augmentum temporale aut ponendum aut omittendum habeat. —

Ut vero metrum augmenta negligere cogit, ita etiam ut adhibeatur, efficit. Imprimis duo loci versus heroici eam habent vim, ut litera vocalis in eos incidens augmento instruatur. Namque semper fere invenitur, si vocalis augenda in arsin aut dactyli aut spondei, semper si in thesin spondei incidit. Arsis quidem, quae est ea natura, ut saepe etiam vocali brevi vim longae tribuit, non semper efficit, ut vocalis augeatur, praesertim quum positione est producta vel quum diphthongus tali versus loco apparet. Itaque non raro dactylos leges, quales sunt ἔρδομεν, ἔλπειο, ἄχνυτο similia. Brevis vocalis autem, quae positione non fulciatur, augmento donari debet, neque ullus locus invenitur, quo ε et ο sola arsis vi ita auctae sunt, ut augmentum respuant. Quare nisi causa quaedam ultimam syllabam longam reddens accedit, semper reperies ἤθελε, ὤλεσε, alia. Sin vero evenit, ut tertia ejusmodi formarum syllaba duabus consonis se-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quentibus, id quod persaepe fit, producatur, primam corripi oportere neque amplius in arsi poní posse, ex iis quae supra disseruimus, manifestum est.

Itaque ut apud Homerum, sic apud posteriores imvenies et ἤριπε et ἔριπε Hes. scut. 423; ἤλασεν et ἔλασεν, ἵκετο et ἵκετο, ἤθελεν et ἔθελεν. Unus Nonnus, quantum equidem, qui partem Dionysiacorum perlegerim, observavi, in hac re majorem constantiam sequi videtur. Is enim formas trisyllabas, quarum duae posteriores syllabae sunt breves, nusquam ita ponit, ut tertia syllaba producta prima corripiatur. Semper igitur dixit

ἤλασε 2,702,703; 4,170,178; 9,266.
ἤθελεν 2,10,580; 4,32,180; 6,238,353; 8,294; 11,141.
ἤριπε 2,560; 11,218,402.
ἤρισεν 1,171; 10,233; 11,412.
ἤγαγε 11,273 et saepius.
ἤροσε 3,196,302,376; 4,86; 7,3; 9,209,212; 10,197.
ἤλιτεν 3,108,121; 4,83.
ἤκαχεν 4,168; 8,79.
ἤπαφε 5,513; 8,357.
ἵαχε 1,92; 2,208,401; 3,102,325 et saepius.
ἵκετο 2,205,246,687; 7,315.
ὤπασε 5,129,225,578; 8,184; 9,28; 11,275,480.
ὤρεγε 1,424; 5,577; 7,151, etc.
ὤλεσε 11,436; 5,302.

ἤνυε 11,227 et ἤνυσε 4,249 quamquoem semel tantum legi, huc referre non dubito. Ne semel quidem legenti occurrit, ἔλασε, ἔθελε, ἄγαγε, ἔριπε.

Supra diximus ε et ο si in arsin incidant, ubique augmento in η sive ει et ω produci. Contra α breve sola arsis vi ita protenditur, ut augmento, quo in η mutari debebat, careat. Sed hoc in paucis fit verbis, quae omnia sunt ejusmodi, ut α altera vocali excipiatur. Sic indicativus aoristi ἄεσα dormivi α bis producit, quamquam natura est brevi, cf. Od. 15,40; 3,490. ἄεσα Od. 19,342, ἄεσαμεν Od. 3,151; bis autem ἄεσαν α correpto legitur Od. 3,490; 15,188. ἄσαμεν Od. 16,367 duas vocales in unam contraxit. Verbi ἀάω nihil nisi aoristi inveniuntur. Aoristus primus activi prius α semper longum, alterum modo longum modo breve exhibet; ἄασε Od. 21,296,297. Quint. 13,429, ἄασαν Od. 10,68, et eandem vocalium mensuram in medio videmus ἄασατο Il. 11,340 et ἀασάμην Il. 19,137; 9,116 Apoll. 1,1333; 2,313,613 Nonn. 5,479 ἀασάμεσθα Quint. 5,429; 9,509. In Il. 11,340 prius α in thesin spondei incidit. Aoristus passivi in Iliade et Odyssea prius α semper breve habet, nec reperitur nisi in tertia persona ἀάσθη Od. 4,503,509. Il. 16,685; 19,113,136; in hymnis Homericis et prima et secunda persona singularis, et quidem eadem vocalium mensura occurrit, ἀάσθην h. Ven. 251 ἀάσθης h. Cer. 258. Omnibus his locis aoristus ita positus est, ut versum concludat. Semel tantum hoc quoque tempus α spondeo incipit ἀάσθη h. Cer. 246 neque hic in fine versus conspicitur. Praeterea etiam formae contractae inveniuntur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἆσεν Od. 11,61. ἆσας Theocr. 1,24; 8,34. ἄσατο Il. 19,95 et adeo ἆσθεν sed apud Tzetzem Hom. 150.

ἀΐω. α praesentis semper breve est, non solum apud Homerum, sed etiam apud posteriores, ut apud Apoll. 1,448,764 Quint 1,131; 2,64. Soph. autem in Ajace 1235 ἐπαΐω dixit, et apud Tzetz. legis ἄϊε audi Posth. 525 a longo. Imperfectum vero, quod aoristi significationem accipit, α plerumque in arsi positum producit, Il. 10,532; 21,388 hym. Cer. 25,250 Apoll. 1,124: 2,1256; contra bis corripit Il. 18,222; 11,463. Alterum ἄϊον quod Il. 15,252 legitur idem esse atque illud a Passovio, quocum etiam Spitznerus l. l. facit, negatur. Sed hoc quoque, quod Passovius cum ἄω et ἄημι cohaerere et „ich hauchte aus" significare dicit α longum praebet; in ἄισθε vero Il. 20,403 ab eo derivato, ut βιβάσθω α βιβάω, prima litera correpta est.

Tria igitur sunt verba, quorum α breve arsi ita producitur ut η augmento proprii vicibus fungatur, ἄεσα, ἄάω, ἀΐω.

§. 3. De vi thesis spondaicae.

Eandem et arsi majorem vim ad augmentum efficiendum thesis spedis spondaici habet, qua breves vocales semper producuntur. Sunt autem verba quaedam, quae nisi vocalis initialis alteram spondei partem facit, augmento carent. Ita enim ponuntur, ut vocalis initialis nunquam in arsin, sed semper in thesin ant dactyli ant spondei incidat; si illud est, nunquam, si hoc, semper augentur. Omnia hujus generis verba secundam syllabam longam habent. Hanc legem sequuntur,

ἀκούω, cujus tempora plerumque augmento carent, sin vero utuntur, semper ita posita deprehendes, ut prima syllaba in thesin spondei incidat. Imperfectum augmento praeditum apud Homerum tantum bis invenitur Il. 11,768 Od. 12,198, sed augmento omisso octies Il. 8,4; 12,442 Od. 7,11; 10,222; 16,241; 18,125; 20,40,389. — Aoristus ἤκουσα novies obviam est, ἄκουσα autem tricies. Apollonius semper augmentum neglexit, in Quinto semel ἤκουσα 12,120, sed plus sexies ἄκουσα legitur. Etiam Theocritus α hujus verbi tum tantum producit, si in thesin spondei incidit id. 4,6. Contra hanc regulam, quam ab omnibus observatam videmus, unus pugnat locus in hym. Cer. 23, ubi forma augmento instructa ita adhibetur, ut primam versus sedem obtineat, id quod mirum est et fortasse corrigendum. Composita ἐπακούω, ἐξακούω, ὑπακούω ne uno quidem loco augmento uti videbis.

ἀλύσκω. Prima syllaba ne semel quidem in arsi ponitur; in thesi spondaica apud Homerum ter invenitur Il. 11,476; Od. 3,297; 12,335 ἤλυξε, sed ἄλυξε Od. 23,328, 332. ὑπάλυξε Od. 4,512; 5,430; 19,189 Il. 11,451, sed ὑπεξήλυξε Hes. theog. 615. Apoll. 3,55. ἐξήλυξες Quint. 9,261; 12,395; 14,580. ἄλυξε Apoll. 4,735; Quint. 2,13; 8,215; 9,399 ὑπάλυξε Quint. 7,123; 8,140; 14,567,658. ἐξυπάλυξας Quint. 3,344.

ἀναίνομαι plerumque augmento privatur, ἀναίνετο Il. 9,585; 11,647; 18,500, Od. 3,265 ἀνήνατο Il. 23,204 Od. 10,18, sed ἠναίνετο Il. 18,450 h. Cer. 330 ita positum est, ut α propter thesin auctum sit. Apollonius tamen 1,611 ἀπηνήναντο ita adhibiut, ut augmentum arsi tribuerit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἀμείβω. In Homericis imperfectum activi et medii et aoristum medii legimus, et ita quidem posita, ut prima semper in thesin incidat. Sic persaepe occurrit ἠμείβετο in nota illa formula τὸν δ'ἠμείβετο. In Iliade ἀμείβετο rarius legitur quam ἠμείβετο, et ni fallor, his tantum locis 3,171; 13,823; 24,200,424, in Odyssea utrumque aeque frequenter invenitur. Imperfectum activi augmento non utitur ἄμειβον Il. 6,235; 14,381, 17,192. ἠμείψατο in thesi spondica Il. 23,542, sed ἀμείψατο Il. 4,403. Apud Homerum igitur prima syllaba nunquam arsi producitur, posteriores autem usum Homerium spreverunt, Apoll. 4,326 ἠμείψαντο et παρήμειβον Πιτύειαν 1,933 παρημείβοντο Quint. 7,406, 14,412 h. Apoll. 409. sed omnibus his locis significat praetervehi, non respondere. Iidem vero non raro ἠμείβετο et ἀμείβετο usurpaverunt et praeterea ἄμειψεν Apoll. 3,280,647 h. Cer. 275. ἀπαμείβομαι nunquam augmento praeditum est. Nonnus neque simplici neque compositis unquam augmentum tribuit.

ἀείρω Homerus praeter simplex etiam ἀναείρω, ἐπαείρω habet, iisque fere semper augmentum detrahit, cum augmento tantum ἤειρεν Il. 10,499; 24,590 et semel παρηέρθη Il. 16,341 in arsi. Etiam posteriores primam syllabam in thesi ponunt, et quidem in spondaica his locis ἤειρεν Apoll. 1,1206 Nonn 9,226 ἠέρμενον Apoll. 2,171 ἐξήειρε Apoll. 1,1205, raro in arsi, ut Apoll. 1,1078 ἀνηέρθησαν; 1,267 ἠείροντο; ἤειραν 2,1229.

ἀγείρω semel in arsi augmentum habet, Od. 2,8 ἠγείροντο, sed omnibus aliis locis in thesi est prima syllaba, et in spondaica his locis ἤγειρα Il. 5,208; 17,222 Od. 2,28,41. Apoll. 2,165 ἤγερθεν Il. 1,57; 24,790 Od. 2,9; 8,24; 24,420. Composita ἐξαγείρω, ξυναγείρω, ἀμφαγείρω semper augmento carent.

ἀείδω Homerus α semel in arsi posuit Od. 8,514 ἤειδεν δ'ὡς, semel Apollonius 1,496, persaepe in thesi. In thesi spondaica est Od. 1,154; 22,331 h. Merc. 62, sed persaepe in dactylica. Apud Theocritum α mox thesi 8,31; 11,18; 9,29 mon arsi 7,141; 18,7 spondaica producitur.

ἀκοντίζω; apud Homer. α plus vicies in thesi est, sed semel in spondei ἠκόντισαν Il. 16,336. Semel tantum compositum ἀνακοντίζω in arsi augmentum accepit ἀνηκόντιζε Il. 5,113, id quod apud Nonnum saepius fit 2,470,495; 5,175; 10,186; 1,10; 4,438; 7,12.

ὀρούω ubicunque legis, nunquam augmento instructum videbis, nisi semel in hymno XXVIII.,8 ubi propter thesin spondaicam ὤρουσας est, quod ita ob usu epicorum poetarum abhorret, ut sic recte legi vix credas. Idem ὤρουσεν etiam apud Tzetz. Hom. 35 legitur.

ἀνάσσω augmento caret, nisi quibus locis prima in thesin spondei cadit, ut ἤνασσεν Il. 16,172,572; 10,33 Od. 3,305; 11,275 Apoll. 2,1233. Ne semel quidem α in arsi ponitur.*) Idem dicendum est de

ἁμαρτάνω cujus α propter thesin in η producitur Il. 10,372; 24,68 Od. 11,511 ἡμάρτανε, sed aoristus ἄμαρτε et compositi ἀφάμαρτε semper α breve retinuerunt.

---

*) Hoffmann Quaest. Hom. II. §. 176,2 ἤνασσε in ἐάνασσε mutare vult.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἀμέρδω Homerus et plerique posteriorum augmento privatum voluerunt, sed in thesi spondaica eo auctum est in h. Cer. 312 ἤμερσεν; apud Quint. autem 4,422 ἀπήμερσεν α arsi auctum est

ἠλεύατο semper propter thesin spond. augmentum habet, ut Il. 13,184,404,503; 16,160; 17,305,526; 22,274 h. Merc. 5, Apoll. 4,1498, persaepe etiam α in thesi dactylica legitur, semel tantum α arsi productum est apud Apoll. 4,797 ἠλεύω.

ἐλαύνω imperfectum hujus verbi non augetur nisi iis locis, quibus ε in thesi spondaica positum est ἤλαυνεν h. Merc. 75. ἐξήλαυνεν Il. 10,499 h. Merc. 402 Apoll. 2,944 Nonn. 11,131,298. Saepe augmentum deest.

ἐγείρω sex tantum locis auctum invenitur propter thesin spondaicam Il. 13,778; 17,261 Hes. scut. 475. Theocr. 21,20 κἀξήγειρε Theocr. 21,61 et Tzetz. Anteh. 258, omnibus aliis locis et apud Homerum et apud posteriores ε in thesi dactylica positum est.

Sunt igitur nonnulla verba trisyllaba, quae Bacchium efficunt, ita a poetis usurpata, ut prima eorum syllaba aut nunquam aut perraro in arsin incidat.

§. 4. De augmento formarum in σκον exeuntium.

Jam veteres docuerunt, tempora in σκον desinentia augmento privari; E. M. p. 625,1 λέγει δὲ ὁ Ἄβρων, ὅτι εἴ τι προςλαμβάνει ταῦτα κατὰ τὸ τέλος, ἀποβάλλει κατὰ τὴν ἀρχήν. καὶ γὰρ τὸ ἔτυπτε ποιοῦσιν οἱ Ἴωνες τύπεσκεν. cf. p. 295,12. In Homericorum carminum textu, quem nunc legimus, omnia fere augmenti temporalis vestigia ex ejusmodi formis evanuerunt, syllabicum Bekkerus Wolfium secutus compluribus locis retinuit, non solum Od. 20,7 ubi ἐμισγέσκοντο vix mutari posse videtur, sed etiam Od. 12,238 ubi ἀνεμορμυρέσκετο, 14,521 ubi παρεκέσκεν' dedit. Augmenti temporalis vestigia in ejusmodi formis reperiuntur in Il. 24,24, ubi nonnulli libri manuscripti pro ὀτρύνεσκεν, quod nunc omnes legunt, ὠτρύνεσκε praebent probatum a Thierschio gr. Gr. §. 210,23. Il. 17,423 olim ὤρσασκε legebatur, sed Wolfius, et qui eum sequitur Spitznerus in ὄρσασκε mutarunt, „quum dissentiant libri, quorum alii incrementum praecidant, alii addant". Etiam Il. 19,135 ὤλεσκεν erat, quod Heynius aliquot bonos libros sequutus receperat, sed et Wolfius et reliqui editores ὀλέεσκεν scripserunt, quod librorum manu scriptorum et Eustathii auctoritate defendunt. Quod vero Buttmannus Gr. Gr. 1 p. 382 docet „Auch die Form εἴασκον, die einigemal im Homer vorkommt (reperitur autem Il. 5,802; 11,125; 20,408. Od. 22,427) ist, da εἰᾶν bei demselben nicht gefunden wird, durch Augement zu erklären", non recte videtur facere. Εἰᾶν enim Homero, quem hodie quidem habemus, non iguotum est, v. Il. 17,659 Od. 21,260. Neque ad augmentum defendendum afferri potest εἴπεσκε, quod persaepe legitur, neque ἱρεύεσκεν Od. 20,3 aut ὠρίζεσκεν h. Merc. 58, in illo enim ει non augmento natum est, in his longa vocalis contractione efficitur. Quamquam igitur in contextu carminum Homericorum nunc quidem omne fere augmenti temporalis vestigium deletum est, tamen neque libros manuscriptos in hac re consentire et illud a recentioribus demum factum esse videmus. Etiam in Apollonii Argonauticis olim nonnulla hujus rei exempla inveniebantur. Nam Wellauerus augmentum syllabicum servaverat in ἐπεκλονέεσκεν 3,687 et ἐπεστοβέεσκεν 4,1725, aliis locis, ubi codices magis dissentiunt, ut 1,1074; 2,551; 4,944,1650, exstinxerat,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

idemque Lehrsius fecerat. Merkelius autem etiam has reliquias ejus rei ejecit et ἐπακλονέεσκεν, ἐπιστοβέεσκεν scribit. Spitznerus observatt. ad Quintum p. 212 in Argonauticorum 3,653 ὠτρύνεσκον legi memorat, sed Wellaueras et Merkelius non solum non ὀτρύνεσκον dederunt, sed ne attulerunt quidem ullum librum formam auctam exhibere.

In Posthomericis Quinti a Tychsenio editis formae auctae cum non auctis mire miscentur. Sic quinquies ὡρμαίνεσκε legitur 1,27,437; 7,23; 11,272; 13,308, contra semel ὁρμαίνεσκε 12,269. Item quinquies obvium est ὠτρύνεσκε 1,171,706,780; 4,195; 9,231 sed ὀτρύνεσκε 7,358; 8,5; 11,3, ἐποτρύνεσκε 1,130; 2,483; 4,71; 9,238. Koechly tamen omnibus locis modo enumeratis augmentum omisit auctoritatem codicis Monacensis secutus. Sic unum ἰαίνεσκεν Quint. 7,340 remanet. Hic poeta tempora praeterita hujus verbi a brevi ι incipit 1,75,80; 4,495; 9,540; 10,334; 14,227; 4,142; 11,178; 13,63; 4,578; 7,238, a longo 7,382; 13,83. Quum autem ἰήνειε dixerit 10,327 i longo, ne in ἰαίνεσκε quidem augmentum inesse putare cogimur. ἰθύνεσκε Quint. 1,273; 2,463 καθύνεσκε 11,413 huc non pertinent quum ι hujus verbi per se sit longum.

§. 5. De augmento verborum ab α incipientium.

1. E verbis a longo α incipientibus huc pertinent ἀράομαι, ἀΐσσω, ἅλλομαι et participia ἀρήμενος et ἀδηκότες.

ἀράομαι, cujus imperfectum et aoristus apud omnes omnis aetatis epicos leguntur, semper et ubique augmento ornatum est, Il. 1,35,351; 3,318; 7,177 etc. Od. 1,366; 3,64; 4,827,761; 6,323 etc. Apoll. 1,386,1176 Quint. 3,108; 9,8.

ἀΐσσω et ejus composita ἀναΐσσω, ἐπαΐσσω, παραΐσσω, συναΐσσω augmentum ubique fere accipiunt ἤιξα in Iliade octies, in Odyssea ter, in hymnis sexies legitur, ἀνήιξα Il. 15,86; 23,203 Od. 18,41; 24,462 παρήιξεν Il. 5,690; 11,615; 8,98 ἐπήιξα Il. 23,817; Od. 10,322; 22,271 συνήιξα Apoll. 4,1112. Solus Theocritus semel διεξάιξε scripsit idyll. 13,23, quod tamen non probat eum augmentum negligere voluisse. Imperfectum activi incrementum accepit ἤισσον 18,506; ἐπήισσον Od. 14,281, passivi Homero ignotum sine augmento est ἀΐσσοντο hym. Cer 178, Hes. theog. 150,671. Aor. 1. passivi ἠίχθησαν Il. 16,404. Contra omnes hos locos unus pugnat apud Homerum ἀιχθήτην Il. 24,97, quod tam mirum est, ut non dubitem, quin in ἠιχθήτην corrigendum aut ἀνηχθήτην a nonnullis libris oblatum praeferendum sit.

ἅλλομαι Aor. 1. hujus verbi augmentum assumit ἥλατο Batrach. 229,253 Nonn. 10,120 ἐξήλατο Il. 12,438; 16,558. Veteres interpretes inter se litigabant, utrum hoc ἐξήλατο ad ἐξάλλομαι referendum esset, an ad verbum quoddam σάλλομαι. „Aristarchus autem, ut Lysaniae aliorumque argutias aperte improbaret, spiritum asperum antepenultimae imposuit“ Lehrs. Arist. p. 319,320. Et cum Aristarcho omnes fecerunt editores, ex quibus Spitznerus ad. l. l. alios ἐσύλα et ἐσυλᾶτο legisse narrat. Theocritus aor. 1. semper augmento neglecto utitur ἅλατο Id. 3,42; 19,4; 23,60 ἀνάλατο 8,87 ἐξάλατο 17,100. Praeter aoristum 1. saepe secundus reperitur syncopa affectus et mutato spiritu, ἆλτο Il. 16,754 et ἅλατο innumeris locis. Hic igitur semper augmento caret. Etenim ad longam vocalem circumflexo notatam explicandam non ad augmentum Do-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ricum confugiendum est. Neque compositorum ἐςᾶλτο, ὑπερᾶλτο tenor istud augmenti genus adesse confirmat, quod Buttmannus vult, sicut enim καθεῦδε ita etiam ὑπερᾶλτο scribendum erat. Formas ἀνέπαλτο et κατέπαλτο Spitzner. Excurs. XVI. a decompositis verbi ἅλλομαι derivatas esse negat, sed cum verbo πάλλομαι cohaerere probare studet; quare proparoxytonesin adhibuit.

Augmento privata sunt ἀρήμενος Il. 18,435 Od. 11,135; 18,53 etc. et ἀδηκότες Il. 10,98,312,399,491 Od. 12,281. Olim et a Wolfio quoque δ duplicabatur, quia α hujus verbi, quod cum ἄδος, cujus prima litera brevis est, cohaerere putabant, non longum esse posse omnium consensu credebatur. Buttmann lexil. II,127 hanc opinionem primus videtur impugnasse. Is enim demonstrat, participium ἀδηκότες pertinere ad praesens ἀδέω, quod longa vocali sit pronunciandum, quum contractione ex ἀηδέω ortum sit; idem ἆδος scribendum cum Heynio censet. Contra Buttmann. Lobeckius ad Buttm. II. p. 99 disputat, qui stirpem participii in ἄδος et ἄδεται, quorum α breve esse exploratum sit, latere putat. Nostrae aetatis editores Buttmannum secuti sunt et ἀδηκότες scribunt, quamquam α semper in thesin spondei incidit, sed, quod num rectum sit dubitari potest, ἄδδην. Hermannus in hym. Apoll. 460 ἀδδηκότες edidit et sic Krüger. de dial. epica et jon. p. 101 scribit.

2. Verba, quorum α positione longum redditur, plerumque augmento utuntur, pauca tantum additamentum ubique repudiant. Semper augmentum habent haec.

ἄρχω et ejus composita ἐξάρχομαι, κατάρχομαι. Plus quadragies apud Homerum formae hujus verbi augmento donata sunt, semel tantum Il. 3,447 ἄρχε legebatur, quod jure meritoque omnibus mirum videbatur. Wolfius praef. n. e. p. LXIX. hanc formom quam omnes libros manusriptos exhibere dicit, tenendam esse judicat, eumque Spitznerus sequutus est. Buttmannus quoque lexil. I. p. 239 Gr. I. p. 322 ἄρχε probavit. Aliter Barnesius censuit, qui ἦρχε scribendum esse putabat eique Thierschius adstipulatus est, et ita nunc a Bekkero editum est, quod quin recte fecerit vix poterit dubitari. Etiam verbum

ἀρτύνω semper fere auctum est ἤρτυναν Il. 15,303 ἠρτύνατο Od. 4,782; 8,53 ἠρτύνετο Il. 10,302 ἐπηρτύνοντο h. Cer. 128. Semel tantum ἀρτύνθη reperitur Il. 11,216 atque, ut videtur, cum librorum omnium consensu. ἀρτύω non ultra imperfectum declinatur ἤρτυε Il. 18, 379 Od. 3,152; 11,438; 16,447; 20,242 Nonn. 1,366. ἐπήρτυε Od. 8,447 Batr. 163. Nonn. 6,37.

ἀσκέω ἤσκειν Il. 3,388 ἤσκησε Il. 18,592; 23,743 ἤσκηται Il. 10,438 Quint. 7,203. ἤσκητο Apoll. 1,742 Quint. 1,146; 5,6,17,89,112; 6,223 ἐπήσκηται Od. 17,266.

ἅπτω et composita ἀνάπτω, ἐξάπτω, ἐφάπτω, συνάπτω longe plurimis locis augmentum habent. Activum simplicis apud Homerum semel legitur Od. 21,408 ἅψας, imperfectum medii et apud Homerum et apud reliquos poetas augmento utitur ἥπτετο Il. 8,67; 11,85; 15,319; 16,778; 20,468 Apoll. 1,999 Nonn. 7,147, semel ἅπτετο invenitur Il. 2,171 codicibus non dissentientibus, et idem apud Coluth. 106. Pro καθάπτετο quod item semel legitur plures libri καθήπτετο praebent, quare Thierschio, ut hoc recipiatur postulanti adstipuler. Aor. I. ἥψατο est in Il. 1,512; 5,799; 15,76,704 Apoll. 3,377; Tryph. 263 Quint. 7,586,593; 8,190; 13,185 ἀνήψατο Apoll. 3,829, bis autem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἀναύξητος est ἄψατο 10,377; 23,666 ubi Spitzner. „augmento verbi propter libros abstinet Apoll. in lex. 388.“ Etiam reliquae formae temporum historicorum apud omnes augmento instruuntur, ἐξῆπτεν Il. 22,397 ἀνῆψεν Od. 3,274; 12,179 Apoll. 2,177 Tryph. 425 ἀνηψατο Apoll. 3,829 ἀνῆπται Apoll. 3,5; 2,245; 4,840 ἀνῆπτο Apoll. 2,160 ἀνήφθω Od. 12,51,162 ἀνήπτετο Nonn. 5,592. ἐφῆπται Il. 2,15,69; 7,402; 12,79; 21,513 Od. 22,41 ἐφῆπτο Il. 6,241 Od. 22,33. ἧψεν Nonn. 9,129. Congessi hunc numerum exemplorum, ut ostendam, quantopere illud ἅπτετο et ἅψατο a vulgari usu discedant. Equidem putaverim ea corrigenda esse; vix enim credibile videtur, eundem hominem saepissime ἥπτετο et ἥψατο, et tum sine ulla causa semel ἅπτετο et ἅψατο dixisse. Theocritus contra morem α hujus verbi mox servavit mox in η mutavit; sic legimus ἧπτεν id. 23,50; ἥψατο 13,22 ἀφημμένον 22,51 ἅψας 14,23; ἅψαο 27,47, ἐφᾶπτο 14,23.

ἁρπάζω ἀναρπάζω, ἐξαρπάζω ubique augmentum habet; ἥρπασεν Il. 13,528; 22,276 Od. 15,250 h. Ven. 204,219. Cerer. 56 Hes. theog. 913 etc. ἥρπαξε Il. 12,305 Od. 15,174 h. Ven. 131 Cer. 3 Apollon. 3,1019; 2,189 Tryph. 678 ἀνήρπαξε Od. 15.426 h. Ven. 117 ἐξήρπαξε Apoll. 2,1109 Quint. 4,565 Imperfectum raro legitur ἥρπαζον Apoll. 2,189 ἡρπάζοντο Tryph. 270.

ἀρκεω, ἐπαρκέω ἤρκει Il. 13,440 ἤρκεσε Il. 6,16; 13,371,397; 15,529,534; 20,289 Od. 4,292 etc. ἐπήρκεσε Il. 2,873 Od. 17,568.

ἀσπάζομαι ἠσπάζοντο Il. 10,452 Od. 3,35; 19,415; 22,498 hym. VI. 15 Hes. scut. 84 ἠσπάσσαιο Nonn. 4,204. Apud Quintum editiones ἀσπάζοντο obferunt.

ἀσπαίρω ἤσπαιρε Il. 13,571,573 Od. 19,231; 22,473 Quint. 11,74; 13,152.

ἀγνοιέω ἠγνοίησε Il. 1,537, 2,807; 13,28 Od. 5,78; h. Merc. 243 Hes. theog. 551 Quint. 9,301 Theocr. 7,14.

ἀρνέομαι ἠρνεῖτο Il. 19,304; 23,42 Od. 24,125 ἠρνήσαιο Nonn. 2,216; 4,36; 5,582; 6,32; Coluth. 173.

ἁρμόζω, συναρμόζω, ἐναρμόζω ἥρμοσε Il. 3,333; 17,210 Od. 5,247 Apoll. 1,527; 4,583 Quint. 4,462; 11,361 Nonn. 3,390; 7,131 συνήρμοσε Tryph. 80 Quint. 12,140 Nonn. 4,48; 5,137,215; 11,489 ἐνήρμοσε Nonn. 8,195.

ἀγγέλλω, ἐξαγγέλλω ἤγγειλε Il. 22,443 Od. 23,22 Apoll. 3,667 Nonn. 5,311; 6,17 ἐξήγγειλε Il. 5; 390.

ἄχθομαι ἤχθετο Il. 11,274,400; 13,452 Od. 14,366; 15,456 Hes. theog. 155.

ἄχλύω, ἐπαχλύω, ὑπαχλύω ἤχλυσε Od. 12,406; 14,304 Apoll. 1,597; 3,963 Quint. 11,247 Nonn. 4,380 ἠχλύνθη Quint. 2,550; 8,446 ἐπήχλυσεν Quint. 4,462 Tychsen. olim 1,67 ὑπαχλύνθη ediderat, quod a Lehrsio in ὑπηχλύνθη correctum esse probari debet.

ἄντομαι, συνάντομαι, ἀντέω ἤντετο Il. 4,133; 16,788; 20,415; 22,203 h. Cer. 52 Nonn. 1,365; 3,84; 8,116 συνήντετο Il. 21,34. Od. 4,367; 21,31. h. Apoll. 399 Nonn. 6,278,352 Theocr. 8,1 συνήντεεν Nonn. 12,3. Augmentum omissum est his locis συναντέσθην Il. 7,22, συναντήτην Od. 16,333 et in ἀντιάασθε Il. 24,62. Semper vero legitur ἤντησε Il. 4,375; 6,399 Od. 3,44,97; 4,201,327; 17,44 Apoll. 4,490; ἤντεον Apoll. 4,845,931,1184.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἤμβροτον, ἀπήμβροτον ἤμβροτεν Il. 5,287; 16,336; 22,279 Od. 7,292; 21,421,425 Apoll. 2,623 ἀπήμβροτεν Il. 15,521; 16,466.

ἀνθέω, ἐπανθέω ἤνθεε h. Apoll. 139 Nonn. 5,616; 10,141 ἐπήνθεε Nonn. 3,152 ἐπάνθεε Theocr. 20,21.

Homero ignota sunt.

ἁπλόω ἐξαπλόω in sola Batrachomyomachia exstat 183; ἐξήπλωτο 106.

ἀπαμβλύνω ἀπήμβλυνται epigr. Homer. 13,4.

ἁγνίζω ἥγνισαν Apoll. 2,962.

ἀλλάσσω, μεταλλάσσω ἤλλαξε Nonn. 5,509; 9,210 ἠλλάξατο Nonn. 7,210 Coluth. 197 μετηλλάξαντο Nonn. 2,708.

ἀλλοιόω συνηλλοίωτο Quint. 6,281; 11,470.

ἀγρεύω ἤγρευσεν Musae. 149.

ἀσχάλλω ἤσχαλλε Thryph. 42.

ἀστράπτω, ἐξαστράπτω ἤστραπτεν Mus. 276 ἐξήστραπτεν Tryph. 103.

ἄγχω ἦγχον Theocr. 25,266.

Contra ἤλδανε Il. 18,69; 24,367 et ἦλφον Il. 21,79 apud alios me legere non memini.

Pauca eorum, quae α positione longum in principio habent, augmentum respunt.

ἀφρέω ἄφρεον Il. 11,282 Apoll. 1,1327 Nonn. 3,30.

ἄχνυμαι ἄχνυτο Il. 14,38 Od. 11,558. Quint. 1,95,204,718; 2,266; 9,117; 12,461; 11,215. Nonn. 1,365; 3,84; 8,116.

ἀγκάζομαι ἄγκάζοντο Il. 17,722. ita libris consentientibus legitur. Quare mirum videtur Nonnum huic verbo augmentum tribuere maluisse ἠγκάζετο 4,202 ἠγκάσατο 7,318 ἠγκάσσατο 8,245,347. Apollonius, Quintus alii hoc verbo abstinuisse videntur.

ἀθρέω, ἐςαθρέω Apud Homerum tantum optativus et infinitus aoristi leguntur, apud posteriores indicativus ἄθρησαν Quint. 3,351; 7,702; 10,465, ἐςάθρησα Quint. 1,111.

ἄζομαι ἄζετο Il. 5,434; 14,261 Apoll. 3,77 Quint. 2,82; 3,130; 10,435,474 ἄζοντο Quint. 2,66; 3,138.

Hoc loco etiam Homerica ἄλθετο Il. 5,417 et ἀρνύσθην Il. 22,160 enumeranda sunt.

3. Multo majorem inconstantiam ea praebent verba, quae ab α brevi incipiunt. Nonnulla quidem, etiam iis exceptis, quae propter metrum augmentum negligere debent, brevem vocalem ubique retinent, sed longe plurima productionem modo accipiunt modo omittunt.

a. Quod Buttmann. dixit verba ab α (αυ et οι) incipientia, si has vocales altera sequatur, augmentum repudiare, epicorum usu non confirmatur. Ipse quidem jam nonnulla istam legem servare negavit ut ἀείδω et ἐπαΐω Gr. 1. p. 322, sed horum numerus facile potest augeri. Nam praeter ἀείδω etiam ἀείρω saepe et ἀίσσω semper augmento utuntur. His accedunt

ἀΰω, ἀναΰω augmento mox instruitur mox privatur ἤυσε Il. 11,10,275,462,586; 12,439; 13,149; 17,247; 18,47, Od. 24,52 Apoll. 1,383 Quint. 3,35; 8,326 ἀνήυσεν Apoll. 4,75. sed ἄϋσε Il. 3,81; 5,101,283,347 et saepius Od. 6,117 Quint. 3,462; 5,531; 11,490

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Imperfectum hujus verbi *α* et *υ* contracto non augetur *αὖε* Il. 11,461; 13,477; 20,51 Apoll. 2,566; 4,177.

ἀϋτέω, ἀναϋτέω, ἐπαϋτέω Homerus tantum imperfectum novit idque augmento privatum *ἀΰτει* Il. 11,258; 12,160; 20,50; 21,582, neque Apollonius aliud tempus adhibuit 4,1337,1702, idemque Quintus habet 10,225,226,390 *ἀΰτεον* Quint. 6,349; 10,390 *ἐπαΰτει* Quint. 9,130,146; 11,327, aoristus 1. apud posteriores poetas saepe legitur *ἠΰτησεν* Quint. 7,597 Nonn. 11,185 *ἀνηΰτησεν* Coluth. 83,129,143 Nonn. 10,288 *ἐπηΰτησε* Quint. 3,262; 4,411 v. Lobeck ad Buttm. II. p. 122.

ἀέξω ἀναέξω Homero nihil nisi imperf. act. et passivi notum est, *ἄεξε* Od. 17,489 *ἀέξετο* Il. 8,66; 11,84 Od. 9,56; 10,93; 22,426 h. Cer. 205 h. XIV. 4. Sed jam Apollonius quamquam *ἀέξετο* habet 2,45, etiam *ἠέξοντο* dixit 4,1426. Posteriores non solum has formas (*ἀέξετο* Quint. 12,145) exhibent, sed tempora a praesenti contracto *ἀεξέω* deducta *ἠέξησε* Nonn. 8,104 *ἀνηέξησε* Quint. 1,460 Coluth. 241 Nonn. 8,183 *ἠέξητο* Nonn. 9,199; 10,178. Apud Quintum 14,198 omnes et codices et editiones ante operam a Koechlyo huic poetae navatam *ἀπηέξηνται* praebebant; is vero conjectura *ἀπ* in *ἀνηεξηται* mutavit. *ἀεξήθη* Nonn. 9,168.

ἀερτάζω primum ab Apollonio, tum a Nonno usurpatum semper *α* productum habet *ἠέρταζεν* Apoll. 1,738 Nonn. 2,269; 10,7,353. *ἀνηέρταζε* Nonn. 9,55.

Alia verba ab *α* vocali excepto ordientia augmento pivantur, in quorum numero sunt.

ἄημι διάημι ἄη Od. 12,325; 14,458 *ἄητο* Il. 21,386 *διάει* Od. 19,440 *ἄεν* Apoll. 1,605, 2,1228 *ἄηται* Apoll. 3,688. *ἄηντο* Apoll. 3,288.

ἀηθέσσω ἀήθεσσον Il. 10,493, aoristum *ἀήθεσαν* quem nonnulli libri praebent, Spitzn. rejicit, sed num Wellauerus in Apoll. 1,1171 idem eodem jure fecerit, dubito. Hic *ἀήθεσον* recepit, nam „in imperfecto facile poterat poeta metri causa alterum *σ* omittere". Sed exemplis probandum erat, in imperfecto stirpem ita mutilari posse. Merkelius *ἀήθεον* scripsit.

ἀϊστόω ἀϊστώθησαν Od. 10,259 Quint. 12,480 *ἀϊστώθη* Nonn. 2,79. Tzetzes unus est, qui activum et *α* mutato usurpavit *ἠίστωσε* Anteh. 18 thesi coactus, sed eam versus regionem evitare poterat.

ἀολλίζω ἀόλλισσαν Il. 6,287 *ἀολλίσθησαν* Od. 10,259 Tryph. 110.

b. Ex verbis, quorum a breve consona sequitur, alia semper augmento ornantur aliorum vocalis modo producta modo immutata est. Perpaucis tantum augmentum semper detrahitur. Semper cum augmento inveniuntur.

ἀνύω, ἀπανύω, διανύω, ἐπανύω, ἐξανύω, κατανύω ἤνυσεν Od. 4,357; 24,71 h. Merc. 138 Apoll. 1,600,1065; 4,1039 Quint. 10,483 Nonn. 4,249 *διήνυσε* Od. 17,517 h. Apoll. 188 Cer. 380 Apollon. 1,935 Quint. 7,397 *διήνυον* Quint. 6,113; 10,446; 14,549 *ἀπήνυσαν* Od. 7,326 *ἀπηνύσθησαν* Quint 5,1. *ἐπηνύσθη* Hes scut. 311 *ἐξήνυσε* Il. 8,370 *κατήνυσε* Quint. 5,653 *ἤνυτο* Od. 5,243 Quint. 1,119 *κατήνυτο* Quint. 6,219. Theocritus plerumque *α* sed productum tenet, nam praeter *ἤνυσε* id. 21,52 reperiuntur *ἄνυε* 1,93; 3,41; 7,10; 21,19 *ἄνυτο* 2,92 *ἀνύσαμεν* 5,144 *ἄνυσε* 7,6, semel *ἄνυξε* 18,27. Homerus praeterea *ἄνω* habet, unde *ἦνον* Od. 3,496.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἀμαλδύνω, ἀπαμαλδύνω ἠμάλδυνε Quint. 1,400; 13,401 Nonn. 9,137 ἀπημάλδυνε Quint. 8,209 Nonn. 8,209.

ἀλιιαίνω, cujus aor. act. semper augmento praeditus est ἤλιτον Il. 9,375 Hes. scut. 80 Apoll. 4,734,389,1023 Quint. 5,595; 9,509 Nonn. 3,108,121; 4,83 παρήλιτεν Apoll. 2,246; 3,891 Quint. 10,305; 12,417 ἐνήλιτεν Quint. 14,436. Quod ἀλίτοντο Od. 5,108 augmento abjecto legitur, id aliter esse non poterat.

ἀριθμέω ἠρίθμεον Od. 10,204 ἠρίθμει Od. 12,218.

ἀρόω apud Homerum ex formis, quae huc pertinent, nihil legitur nisi ἀρηρομένη Il. 17,548. Nonnus huic verbo ubique significationem translatam tribuit, qua usurpatur de procreandis liberis, et aristo, quo solo utitur, augmentum dedit. Apud alios poetas tempora augmento inctruenda non videntur inveniri, sed ἀρήροτο apud Apoll. 3,3138.

In numerum eorum, quae augmento modo ornantur modo privantur, referenda sunt haec.

ἀπειλέω, ἐπαπειλέω ἀπείλει Il. 13,143,220; 16,201 Apoll. 3,607 Quint. 1,557; 3,245 ἀπειλήτην Od. 11,313 ἠπείλει Il. 15,179 Quint. 7,512; 14,244. Aoristus longe plurimis locis η habet ἠπείλησε Il. 21,453; 23,863,872; 9,682 h. Merc. 374 Mus. 128 ἐπηπείλησε Il. 1,317; 14,45 Od. 13,127 Apoll. 3,97; 1,1348 Tryph. 489 Quint. 1,325,585; contra semel ἀπείλησαν Il. 2,665.

ἀτιμάω, ἀπατιμάω eandem augmenti rationem sequitur ἀτίμα Od. 21,99; 23,28 ἠτίμησε Il. 1,11,94,356,507; 2,240; 9,111 Coluth. 33 ἀπητίμησε Il. 1,388; 13,113.

ἀμάω ἀπαμάω, διαμάω, ἐπαμάω, συναμάω ἤμων Il. 18,551 Hes. scut. 288 ἤμησε Hes. theog. 181 Quint. 11,192 Nonn. 4,442; 5,2 ἀμήσατο Apoll. 1,1305; 3,859 διάμησε Il. 3,359; 7,253 Quint. 1,620 ἐπαμήσατο Od. 5,482 συναμήσατο Apoll. 3,154. Quod olim in Nonni 4,412 legebatur, ἀπημηθεῖσα, id ab Hermanno correctum nunc in ἀπαμηθεῖσα mutatum est.

ἀράσσω, ἀπαράσσω, συναράσσω ἄραξε Od. 9,498; 12,412,422 Il. 12,384; 13,577; 16,324 Hes. scut. 364,461 ἀράχθη Od. 5,426 ἤρασσον Nonn. 1,141 ἀπάραξε Il. 16,116; ἀπήραξε Il. 14,497 ἀπηράχθησαν Quint. 13,95.

ἀλάομαι ἠλώμην Od. 3,302; 4,91; 13,321 ἀλᾶτο Il. 6,201 Mus. 71 ἀλήθης Od. 14,120,361.

ἀμύσσω ἄμυσσεν Il. 19,284 Theocr. 13,71; 22,96 ἤμυσσεν Nonn. 9,294.

ἀμύνω, ἀπαμύνω, ἐπαμύνω ἄμυνεν Il. 3,129; 5,662; 12,402; 13,678; 14,71; 15,751; 17,615; Apoll. 1,816 Quint. 3,134; 8,289; 11,286 ἤμυνεν Il. 13,783; 9,899 ἀπήμυνεν Il. 9,597 ἀμύνετο Il. 11,84; 13,814; Od. 11,578 ἠμύνοντο Il. 20,21. ἐπάμυνε Theocr. 22,210.

ἀλείφω, προςαλείφω ἄλειψεν Od. 6,227; 12,177,200 ἤλειψαν Il. 18,350 Od. 19,505 προςάλειψεν Od. 12,392 ἀλείψατο Il. 14,171.

ἀφύσσω, διαφύσσω, ἐπαφύσσω ἤφυσα Il. 13,508; 17,315 Od. 9,165 διήφυσεν Od. 19,450 ἐπήφυσεν Od. 19,388 ἠφυσάμην Od. 7,286 ἠφύσσετο Od. 23,305; ἄφυσσεν Il. 14,517 Od. 2,379 ἀφύσσατο Il. 16,230.

ἄγαμαι ἀγάσαντο Od. 18,70; 23,211 Quint. 7,722; 12,246 ἀγάσσατο Il. 17,71; 3,224 Od. 4,685 ἠγάσσατο Il. 3,181 Coluth. 237 ἠγάασθε Od. 5,122.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἀλοιάω, ἀπαλοιάω, συναλοιάω ἀλοία Il. 9,568 ἀπηλοίησε Il. 4,522 Nonn. 5,13; 9,319; 10,59 συνηλοίηντο Quint. 14,523.

ἀμελγω, ἐναμέλγω ἤμελγεν Od. 9,238,244,307,341 ἐνάμελγε Od. 9,223.

ἀκέομαι ἠκέσατο Il. 5,402,901 Quint. 4,176,397; ἀκέοντο Il. 5,448; 22,2 Apollon. 2,156.

ἀγάλλομαι, ἐπάγαλλιομαι ἠγάλλετο Quint. 8,24, Nonn. 10,217 ἐπαγαλλετο Quint. 7,327. Homerus tempora augmento praedita non habet, sed praesens et participium praesentis.

ἀρέσκω, συναρέσκω Indicativus Aoristi, qui apud posteriones saepe occurrit, in Homericis non legitur; ἤρεσαν Apollon. 1,1110 ἄρεσσαν Apoll. 3,301 συναρέσσαμεν Apoll. 4,373 ξυναρέσσατο Hes. scut. 255 Apoll. 1,963.

ἀγινέω, ἐπαγινέω, καταγινέω ἠγίνεον Il. 18,493, ἀγίνεον Il. 24,784 ἐπαγίνεον Quint. 6,235 καταγίνεον Od. 10,104 Quint. 14,11.

ἀρύω et ἀλύω a posterioribus mutato α usurpantur ἤρυον, Hes. scut. 301, ἀνήρυον Nonn. 1,485 ἤλυον Apoll. 4,1289.

ἄγω et composita ἀνάγω, ἀπάγω, ἐξάγω, ἐπάγω, εἰςάγω, κατάγω, συναγω apud Homerum multo saepius cum augmento quam sine augmento leguntur; sed formae augmento destitutae non raro inveniuntur, ut ἄγε Od. 4,301,434; 14,264 σύναγεν Od. 5,291 ἄγαγον Od. 14,404; 16,227 Il. 24,577,704 εἰςαγαγον Il. 24,719 Posteriones vero aoristum semper augmento instruunt, uno, si recte memini, Hesiodo excepto, qui semel ἐξάγαγε theog. 586 dixit; in imperfecto vero sibi non constant et nunc ἄγον nunc ἦγον dixerunt. Theocritus ubique augmentum Doricum adhibiuit et ἄγαγον primo α producto scripsit, ut id. 2,65,102; 3,47; 7,93; 21,58.

ἄνωγα, de cujus origine Buttmannus lexil. I.,292,293 disputavit, vetus perfectum vocatur, quod augmento privatum sit. Idem lexil. I.,129 hoc ἄνωγα unum perfectum esse dicit, in quo augmentum temporale vices reduplicationis suscipiens abjectum sit, quod evenisse, quum illius temporis vis ac significatio plane evanuerit. Ex significatione praesentis, quae cum ista forma ubique conjuncta sit, etiam similem declinationem profectam, qua ex re non solum ἀνώγει, ἀνώγειον ab ἀνώγω ducta, sed etiam imperfectum ἤνωγον sive ἄνωγον orta esse. Tertiam hujus imperfecti personam bis tantum cum augmento legi Buttm. Gr. II. p. 115 narrat, in h. Cer. 298 et in Hes. opp. 68, sed etiam in h. Cer. 348 legitur et saepius in Apollonii Argonauticis 1,1217; 4,166,589. Aliis locis semper ἄνωγε obviam est, ita ut haec imperfecti forma cum perfecti congruat. Ad perfectum ἄνωγα pertinet plusquamperf. ἠνώγεα Od. 9,44; 10,263 Apoll. 4,24 Quint. 14,239, cujus tertia persona ἠνώγει saepe augmentum respuit, ut Il. 13,329 Od. 2,385 et ita cum eadem praesentis persona consona est. Buttmannus tamen formam praesentis ἀνώγει Homero abjudicandam et pro ea ubique ἄνωγεν ponendam censet Gr. II. p. 116, quod a Spitznero ad Il. 18,90 improbatur, qui non solum praesens ἀνώγει tuetur, sed etiam ab ἄνωγεν ita sejunqit, ut huic praeteriti significationem tribuat. A praesente ἀνώγω alia tempora deducebantur, non solum futurum ἀνώξω Il. 15,295, sed etiam aoristus primus ἤνωξε Hes. scut. 479.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

c. Perpaucis verbis et iis quidem, quae raro leguntur, augmentum plane detractum videmus. Sic verbi *ἀτάλλο* imperfectum sine augmento reperitur *ἄιαλλε* Il. 13,27 et *ἀτάλλετο* h. Merc. 400.

ἀρισιεύω. Homerus tantum imperfecto in *σκον* desinente utitur *ἀρισιεύεσκεν* Il. 11,627,746; 16,292,551, in Batrachom. autem 261 *ἀρίστευεν* legimus. Apud Theocr. aoristus 1. exstat et quidem augmento instructus, *α* enim est longum *ἀρίστευσεν* id. 15,98.

Etiam in *ἀκηδέω* et *ἀπιστέω* poeta productionem neglexit, *ἀκήδεσεν* Il. 14,427 et *ἀπίστεον* Od. 13,339. Quod in Od. 15,462 *ἀμφαφόωντο* sine augmento scribitur, id propter metrum fieri debebat.

4. Ex verbis, quae a diphthongo literam *α* continente ordiuntur, longe plurima augmento afficiuntur. In tribus tantum *αι* non mutatur, in *αἴδομαι, αἴθομαι, αἴνυμαι.*

αἴδομαι αἴδετο Il. 21,468 Od. 6,66,329; 8,56 Tryph. 638.

αἴθομαι, καταίθομαι αἴθετο Apoll. 3,296 Nonn. 6,225 *καταίθετο* Quint. 10,282. Homerus tantum participio *αἰθόμενος, η, ον* utitur.

ἄινυμαι, ἀποαίνυμαι, ἐξαίνυμαι αἴνυτο persaepe legitur, ut Il. 11,374,580; 13,550, 15,459 Od. 21,53 Hes. scut. 41. Apoll. 4,162 *ἀποαίνυτο* Od. 12,419; 14,309 Quint. 5,624 Theocr. 24,138. *ἐξαίνυτο* Il. 5,155 Od. 15,206.

In omnibus reliquis diphthongus mutata est.

αἰτέω, ἀπαιτέω ᾔτεε Il. 5,358; 6,176; 13,365; 22,295 Od. 2,387; 8,173; 9,354; 10,17; 24,336 Quint. 5,134 Nonn. 8,261,366, nunquam forma contracta *ᾔτει* legitur. *ἀπῄτεον* Tzetzes Anteh. 157 habet. Aoristus semel occurrit legenti *ᾐτήσατο* Apoll. 2,951.

αἱρέω ᾕρει Il. 4,23; 7,479; 8,460; 17,463; 24,5 Od. 8,304; 9,373; 11,43,632; 12,243; 22,500; 24,449. Apollon. 4,619 Quint. 7,529. *ᾕρεε* Od. 21,56 Il. 21,327. *ᾕρεον* Il. 24,268,579 Od. 19,61 Apoll. 1,397 *ᾕρευν* Hes. scut. 302 *ᾑρεῖτο* Od. 21,40. Semel in Odyssea augmentum neglectum est in *ἐξαιρεύμην* 14,232.

αἰσχύνω ᾔσχυνε Il. 18,24,27; 23,571 Od. 8,269 h. Apoll. 387 Apoll. 3,796 Tryph. 647 Quint. 1,683; 3,412. *ᾐσχυμμένος* Il. 18,180.

αἰδέομαι ᾐδέσαιο Od. 21,28 Nonn. 11,458 Coluth. 153 Quint. 4,439 *ᾐδέσθη* Tryph. 638. Sed *αἴδεσθεν* Il. 7,93 ab usu vulgari alienum est.

αἰτιάομαι ᾐτιάασθε Il. 16,202. *ᾐτιόωντο* Od. 21,40.

αἰνέω, ἐπαινέω, συναινέω ᾔνεον Apoll. 1,348; 3,947 *ἐπῄνεον* Il. 3,461; 12,294 352 *συνῄνεον* Apoll. 4,463 Nonn. 7,106 *ᾔνησε* Il. 24,30 Apoll. 2,898; 4,503 Hes. theog. 664. *ᾔνεσε* Nonn. 1,513 Coluth. 284.

Καταικίζω κατῄκισται Od. 16,290; 19,9.

αἰωρέω, ἀπαιωρέω, καταιωρέω ᾐώρησε Nonn. 1,43,317; 9,172 *ᾐωρεῖτο* Apoll. 1,639; 4,1687 Coluth. 106 *κατῃωρεῦντο* Hes. scut. 225,234 *ἀπῃώρηντο* Quint. 14,376.

Etiam verba ab *αυ* ordientia plerumque augmento utuntur; in uno *αὔω*, de quo supra egimus, et in Theocriteo *ποταύλει* id 10,16 mutatio neglecta est. Nam quod in Nonni editione Falkenburgiana legebatur *ἐναυλίζοντο* 12,2, id nunc a Graefio in *ἐνηυλίζοντο* mutatum est. *Προςαυδήτην*, quod in Iliade bis reperitur 11,156; 22,90, mirum est, quum *αὐδάω* semper augmento donatum sit.

Poehlmann.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf